



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 9. Toletanorum rebellio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. bant, factionibus misere dilaceratam cer-
 A. C. 1449. neret, Jubilæum anno proximo celebran-
 dum indixit, ea spe nixus, Principes in-
 ter se ardentiori studio vel ideo pacem
 conciliaturos, ut liber, tutusque aditus
 ex tota Europa ad urbem pro Anno sæ-
 culari confluentibus pateret. Haud tamen
 Papa hoc dissidium integre sopire valuit;
 quamvis enim nonnulli contendentium
 ab armis desisterent, Franciscus Sfortia
 tamen & Veneti mutuis odiis in ipsa Ita-
 liæ viscera grassati sunt.

Antonin. tit.
 22. c. 12. § 2.

§. VIII.

Hispania seditionibus turbata.

Nec meliori sorte utebatur Hispania;
 nam Alvarus de Luna gratia ac ni-
 mia Regis facilitate abutens, ad susten-
 tandam, qua pollebat, auctoritatem,
 ceteros omnes Magnates Regi offensos
 reddidit, & a Regni administratione ex-
 clusit. Quapropter non solum Arragonii
 Principes tantæ injustitiæ impatientes,
 arma contra Regem sumpserunt, sed et-
 iam ipsum Regni Principem Henricum
 Regis Filium ad suas partes traxerunt.

§. IX.

Toletanorum Seditio.

Mariana
 l. 22. c. 8.

Rex igitur auctoritatem suam adversus
 rebelles armis tueri, & ad belli sum-
 ptus

ptus urbibus nova tributa imperare com-
 pulsus est. Cum vero Toletanæ Civitati
 trium millium aureorum summam im-
 poneret, cives urbis suæ immunitatem
 læsam querentes, gravissimam seditio-
 nem moverunt, ex qua truculenta pluri-
 morum cædes, ac domorum direptio
 enata est; imo Rex quoque, qui malo
 ingruenti remedium laturus accurrebat,
 cedere cogebatur, cum pertinaciter mi-
 narentur, nisi Alvarum amoveret, ac ci-
 vitatibus suam immunitatem, atque pri-
 vilegia integra servaret, se folio eum de-
 turbaturos, Filiumque Henricum in ejus
 locum suffecturos. Joannes II. Henrici III.
 Filius eo tempore Hispaniæ, seu verius
 Castellæ Regnum tenebat, nonnisi vi-
 ginti duos menses natus, dum exeunte
 anno millesimo quadringentissimo sexto
 Rex proclamabatur, instante potissimum
 Patruo suo Ferdinando, postmodum Ar-
 ragonum Rege, qui consiliis eorum, qui
 hancce coronam sibi ipsi vindicandam
 suaserant, forti animo restitit.

§. X.

Audax Toletanorum Edictum.

Inter hosce tumultus Toletani rebelles
 edictum condiderunt, in quo ii, qui
 ex gente Judæorum originem ducebant,
 a quibusvis honoribus, officiisque publi-

Hist. Eccles. Tom. XXVIII. Q cis

Sæcul. XV.
 A. C. 1449.